

20


18

24

14

29

09



Que mundi latas passim diffusa per oras
Protulit è tenebris religionis opus.
Dilatata fuit sic passim gloria Christi,
Et nequijt uires lis retinere suas.
Nil fremitus mundi curauit nobilis heros,
Terruit hunc uasti nulla procella maris.
Quæcumq; ingrueret tempestas horrida nauis,
Heros intrepido pectore semper erat.
Semper erat Pietas cura, licet horrida nubes
Visa sit huic magnum sæpè datura malum.
Ezechias Rex diuini Israëliticus ueluti Rex inclytus ille,
tus defenditur contra Cuius dicta fuit nomine mater Abis,
Senacheribum. Assyrium Regem dirasq; minasq; uomentem
Non timuit tradens seq; suosq; Deo.
Sic quoq; confisus diuino numine Princeps
Wirtembergiacus tutus ab hoste fuit.
Iosaphat Rex Israël Ergo uelut genitore suo Rex natus ab AZA,
litarum. Constabilit ueræ religionis opus.
Nouum testamentum Quid memorem? in plures quod sacra uolumina linguis
uersum in linguam Verti cura fuit Principe digna uiro.
Sclauicam sumptib. Hinc legit & lingua Sclauus Turcuq; paterna
Christophori Ducis Aethereum Christi iustificantis opus.
Wirtembergici. At prius è uiuis quam cederet, inclytus heros
Mente sua excellens est meditatus opus.
Formæ concordiaë li Articulos fidei cunctos, his quodq; repugnat,
ber cõsilio Ducis Chri Vni congestum iussit inesse libro.
stophori primùm cæ Cui uoluit cunctos subscribere mente fidelis,
ptus. Quorum cura animos de pietate tenet.
Hoc, Eridis neruos uno propè credidit ictu
Omnes posse statim se refecare, modo.

Ende

Anfang